

1511. In Martio.

Ex Orig. Archi Regni.

99.

Sigismundus Rex 9. Millia florenorum Polonicalium Petro Odnowski de felstbyn inscribit.

42

Sigismundus Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus dux Lithuanie, Russiae Prussiaeque etc. dominus et heres. Significamus tenore presentium quibus expedit universis. Quia incumbente Republica Regni nostri urgentissima necessitate de consensu et certa scientia Consiliariorum nostrorum Status utriusque nobiscum Superiori tempore in conventu generali Diotroviensi novissime celebrato constitutorum, apud generosum Petrum Odnowsky de felstbyn, novem millia florenorum pecuniarum moneta et numeri Polonicalium florenorum, in quolibet triginta grosses computando in mutuum recepinus et levavimus in effecta. Pro qua summa praedicta. Eundem Petrum et successores suos assecurare et certiore reddere volentes, Non obstante cuiusvis in contrarium, nostris seu praedecessorum nostrorum Constitutionibus, quibus de consensu nostrorum Consiliariorum Republicae, et quarum sic procente derogamus tibi eandem in Capitaneatu et Civitate nostra

Bicceni

Biccensi ac oppidis et villis omnibus ad Ca-
pitaneatum et Civitatem prefatam quomo-
dolibet ex antiquo, et quorum in presenti-
arum in possessione fuerimus spectari de-
monstravimus, reformavimus, et inscripimus;
demonstravimusque, reformavimus, et inscribi-
mus presentibus literis nostris possessio-
nem realem et actualem Capitanea-
tus et Civitatis prefate ac villarum et red-
dituum ad eundem spectantium eidem
Petro jam eximie dantes et consignan-
tes, per ipsum Petrum et ejus legitimi-
mos successores, Capitaneatum et Civitatem
prefatam cum oppidis et villis omni-
bus ad illud pertinentibus, cum om-
nibus et singulis censibus proventi-
bus, redditibus, theloneis fimalibus de-
gris, pratis, campis, prædiis, curiis, sil-
vis, boris, nemoribus, indaginibus, ru-
betis, gais, et eorundem inemptioni-
bus, venationibus, occupationibus, fluvii-
fluminibus, stagnis, lacubus, piscinis,
et earum demissionibus, piscariis piscari-
tariis, molendinis constructis, eorumque
enolumentis, concipationibus alias spy-
garam ejuslibet, et Stationibus, melli-
ficiis, et melle ab eisdem provenien-
te, apibus et apiastis, agnorum da-
ciis et uno curru bellico, omnibus clo-
nibus Arcis Scultetis Kmethonibus
shabernis

1511

107

habentis servis laboribus, et generaliter
cum omnibus et singulis pertinentiis,
pertinentiis, et obventionibus univer-
sis quibuscunque vocentur nomi-
bus, que nunc sunt vel in futurum
industria humana excogitari possunt,
cum omni jure dominio et propri-
etate prout dicta bona in se sunt
distincta, et ab aliis limitata, ten-
endum, habendum, uti fruendum, paci-
ficè quoque et quietè possidendum
tamdiu, quousque predicta summa
novem millium florenorum per nos
aut Successores nostros eidem Petro
aut aliis Successoribus legitimis ple-
nariè fuerit persoluta. Quo facto pos-
sessio tandem predictorum bonorum
ad nos et Successores nostros pleno
jure redibit et devolvetur. Juribus no-
stris Regalibus semper per omnia
salvis remanentibus. Harum quibus
sigillum nostrum est sabappennum
testimonio literarum. Datum Cracovie
die dominico oculi. Anno Domini
Millesimo, quingentesimo undecimo,
Regni vero nostri anno quinto.

Math. D. Ep^o
et Cancellarius psit.

Relatio Reverendi in Christo Patris do-
mini Mathæi D. Episcopi Tremisli-
ensis

ensis et Regni Poloniae Cancellarii.

Ta Kopia przepisana z Oryginatu
pargaminowego amu bilowanego
bez pieczęci. Roku 1705. u. 9. Maja.